Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26487
Copyright: Admont, Benediktinerstift



52

.i. sicut in inchoatione & mediciate fecerunt
§ & filii benyamin audacter erupuerunt de ciuitate. & fugientes adversarios longe persecuti sunt. ita ut vulnerarent ex eis sicut primo & secundo die. filii iniquae presumptionis quia tanto difficilius exterminari possunt. quanto diutius sedem mentis occupauerunt. audacter de ciuitate mentis & cordis sensuum erupentes. fugientes adversarios longe persecuntur. ita ut in ipso etiam tempore profectionis vulnera vitiorum eis infligant. sicut primo die inchoationis. & secundo die probationis. cedantque per duas semitas tyga vertentes. quae una ferebat in bethel. & altera in gabaa. atque prosternant. xxx. ceteros viros. Per unam semitam quae tendit in bethel quod interpretatur domus dei dicit eum lodia cordis ouiemen intelligere. per alteram vero semitam quae in gabaa ferebat. custodia vitae designatur. Talis quippe fortitudo vitiorum ex superbia & vana gloria procedunt. ut in ipsis etiam his duabus semitis. arta videlicet custodia interioris exterioris que hominis positos filios israel insequendo non deserant. si etiam tigrina ad huc ex eis viros. per quos cogitationes. locutiones. & opera intelligi possunt prosternant. Putauerunt enim solito eos more cedere. Putas vitia virtutes coram se fugere cui non intelligunt